VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 54r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Machab. 7.

exercitus. et ascenderunt in montem syon.
Et ut uiderunt sanctificationes desertam. et
altare profanatum. et portas exu
stas. et in atrius uirgulta nata si
cut in saltu uel in montibus et pasto
foria diruta. sciderunt uestimenta
sua. et planxerunt planctu ma
gno. et imposuerunt cinerem super
caput suum. et ceciderunt in faci
em super terram. et exclamauerunt
tubis signorum et clamauerunt in celum.
Tunc ordinauit iudas
uiros ut pugnarent aduer
sus eos qui erant in arce. donec emun
darent sancta. et elegit sacerdotes sine
macula. uoluntatem habentes in
lege domini. et emundauerunt sancta. et tu
lerunt lapides contaminationis in
locum inmundum. Et cogitauit
de altari holocaustorum. quod profanatum
erat quid de eo faceret. et incidit illi
consilium bonum ut destrueret illud.
ne forte esset illis in obprobrium. quia
contaminauerunt illud gentes. et de
moliti sunt illud. Et reposuerunt lapi
des in monte domus in loco apto.
quo ad usque ueniret propheta. et responde
ret de eis. Et acceperunt lapides
integros secundum legem. et edificaue
runt altare nouum secundum illud quod
fuit prius. et edificauerunt sancta noua.
et que intra domum intrinsecus. et ecclesie. et
atria sanctificauerunt. et fecerunt uasa
sancta noua. et intulerunt candelabrum. et
altare incensorum. et mensam in templum.
et incensum posuerunt super altare. et
accenderunt lucernas que super candela
brum erant et lucebant in templo.
et posuerunt super mensam panes. et ap
penderunt uela. et consummauerunt omnia
opera que fecerunt. Et ante matutinum
surrexerunt quinta et uicesima die
mensis noni. hic mensis casleu.
centesimi quadragesimi octaui an
ni. et obtulerunt sacrificium secundum

legem. super altare holocaustorum no
uum quod fecerunt secundum tempus. et secundum
diem in qua contaminauerunt illud
gentes. in ipsa renouatum est cum
canticis. et cytharis. et cinaris. et
cimbalis. Et cecidit omnis populus in
faciem et adorauerunt. et benedi
xerunt in celum eum qui prosperauit
eis. Et fecerunt dedicationem alta
ris diebus. viij. et obtulerunt holoca
usta cum leticia. et salutaria la
udis. Et ornauerunt faciem templi
coronis aureis. et scutulis. et dedi
cauerunt portas. et pastoforia. et
imposuerunt eis ianuas. et facta
est leticia in populo magna ualde. et
auersum est obprobrium gentium. Et
statuit iudas et fratres eius in uniuer
sa ecclesia israel. ut agatur dies dedica
tionis altaris in temporibus suis aban
no in annum per dies. viii. a quinta
et uicesima mensis casleu. cum leti
cia et gaudio. Et edificauerunt in tem
pore illo montem syon. et per circui
tum muros altos et turres firmas.
ne quando uenirent gentes et conculca
rent eum. sicut antea fecerunt. Et collo
cauit illic exercitum. ut seruarent
eum. et muniuit eum ad custodi
endam bethsuram. ut haberet populus
munitionem contra faciem ydumee.
Et factum est ut audierunt
gentes in circuitu. quod edificatum
est altare. et sanctuarium sicut prius. irate
sunt ualde. et cogitabant tollere gen
iacob quod erat inter eos. et ceperunt occidere
de populo et persequi. Et debellabat iu
das filios esau in ydumea. et eos
qui erant in acra bethanie. quod circumse
debant israelitas. et percussit eos pla
ga magna. Et recordatus est malitie
filiorum bean. qui erant populo in laqueum
et in scandalum. insidiantes ei in uia.
et conclusi sunt ab eo in turribus. Et appli
cauit ad eos. et anathematizauit